

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Adversvs Mvndvm. Tomnino deuites damna, quæ tibi Mundus inferre
potest, tribus hisce cautelis vtaris oportet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

B.

Bartholomaei
Grotius

Opuscula
mystica

MV

124

442

SPIRITUALIA OPUSCULA.

tem quemlibet istorum inimicorum quis omnino debellat,
omnes tres vincat, oportet quorum uno debilitato, & re-
liqui duo viribus deficiunt, quando verò omnes tres su-
perati sunt, nullum aliud ipsi anima & supereft bellum.

ADVERSVS MVNDVM.

VT omnino deuites damna, quæ tibi Mundus in-
ferre potest, tribus hisce cautelis vtaris oportet

C A V T E L A I.

Prima cautela sit: vt æquali erga om-
nes amore feraris, æquali obliuione:
sive cognati tui sint, sive ignoti, cor tuum
tam ab illis quam etiam ab his abstrahendo,
imo quodammodo ab ipsis magis, ve-
ritus ne caro & sanguis soueantur, &
vifificant ab amore naturali, qui inter
cognatos semper viget. Hunc amorem
incessanter mortificare debet, qui perfe-
ctionem spiritualem adipisci desiderat.
Omnes homines velut extrarij & ignoti
tibi sint, & hac ratione melius satisfacies
obligationi tuae erga illos, quam si affe-
ctum tuum, soli Deo debitum, eis impen-
das. Neminem plus altero diligas, fucus
enim grauiter errabis. Ille siquidem ma-
iori dilectione dignus est, quem Deus
plus amat, tu autem ignoras quem Deus
magis diligit. Cæterum si tu aequa om-
nium obliuisceris, prout tibi conuenit,
ad sanctam istam introuersionem conse-
quendam; immunis eris ab errore, in a-
mando eos, qui plus minusve amari me-
rentur. Nihil de illis cogites, nec bona,
nec mala: sed quantum fieri potest, ipsos
deuita. Quod si obseruare neglexeris, non
poteris esse religiosus, neque ad sanctam

recollec^tionem peruenire, neque im-
perfectiones inde procedentes declina-
re. Si vero hac in re indulseris tibi, tecum-
que dispensare volueris, sive in vno, sive
in alio, decipiet te Daemon, vel tu temen-
tum, sub aliquo boni, vel mali color. si
haec feceris, securus eris, sin minus, non
poteris imperfectiones & noementa
ex creaturarum adhaesione anima ad-
uentia deuitare.

C A V T E L A II.

Secunda aduersus Mundū cautela re-
spicit bona temporalia. Quocirca, it
vere huius generis documenta vitare, &
excessus appetitus temperare posse,
ab omni genere possestionis debes ab-
horrere, nullaque rei aliquid folicitudine
angi: non cibi neque vestitus, nec alterius
rei creatæ, etiam diei craftinæ: sed hanc
curam altioribus applicare, inquisitio-
scilicet regni Dei: hoc est, vt sis Deo fide-
lis: sic enim (vt ait D. Math.) reliqua adspic-
entur nobis. Evidem tui non obliuisceris
is, cui de brutis cura est. hoc si feceris, li-
lentium & pacem insensibus consequer-
ris.

CAV-

CAUTELA. III.

Tertia cautela summopere tibi ne cessaria est ad hoc, ut in monasterio cauere scias vniuersa dama circa Religiosos occurrentia. Quam quod plerique non adhucuerint, non solum animae suae pacem, ac bonum amiserunt, sed etiam in multa inciderunt, & in dies incidunt mala, & peccata. Hæc igitur sit cautela, vt nimis omnia studio cogitare, & multo magis loqui de his, quæ religiosum aliquem nominatim concernunt, non de illius indole, non de conuersatione, non denique de illius rebus, etiam grauioribus, nec sub prætextu zeli, aut emendationis aliquid dicas alteri, quam ei, cui suo tempore id dicere expedire. Nunquam etiam scandalum patiaris, aut miraris, quidquid demum videoas audias: sed animam tuam in obliuione omnium istorum immunem serua. licet enim vias inter Angelos, dum alios curiosè attendis, multa tibi vide buntur non bona, eo quod illorum substantiam non percipias. Quapropter statue tibi exemplum vxoris Loth, quem quo in Sodomitarum excidio conturbata retrospexerit, quidnam ageretur contemplatura, punitione diuina, in statuam & petram salis conuerterea fuit: Ut ex eo intelligas, Dei voluntatem esse, quod licet inter Dæmones vias, ita tamen te inter illos vi-

uere vult, ut ne quidem ad ipsorum facta cogitationis caput retrouertas, sed ea, tanquam ad te minime pertinentia, omnino relinquas, hoc solum spectando ut animam tuam puram coram Deo conserves, absque eo quod vel minima cogitatio huius vel illius rei idipsum impedit. Atque adeo illud pro certo habeas, quod nunquam in Conuentibus, & Communitatibus Religiosis deerit offendiculum aliquod, cum Dæmones nunquam desint satagentes, perturbare Sanctos: quod & Deus ipse ad illorum exercitum & experimentum permittit. Tu vero nisi, prout dictum est, prospexit tibi, non secus, ac si non esses in monasterio quantumvis allabores, Religiosus esse non poteris, neque ad sanctam nuditatem, & introuersionem peruenire, neque inibi latentia damna subterfugere. Si enim aliter te gesseris, quantumuis optimo fine ac zelo ducaris, siue in uno siue in alio à Dæmoniè deprehenderis, & sane satis multum ab illo deprefiensus es, quoties praebes aditum animæ circa aliquid huiusmodi: se se distrahendi. Memento quid dicat S. Iacobus Apostolus: *Si quis putat, (inquit,) se religiosum, esse non Iac. 1.16.* refrenans linguam suam, hucus vana est religio.

quod non minus de interiori, quam exteriori lingua intelligendum est.

Contra Dæmonem..

RIBVS cautelis ut debet quisquis ad perfectiōnem aspirat, ut Dæmonis secundi hostis manus effugiat. quo circa notandum est, inter varias, quas Dæmon usurpat cautelas, ut personas spirituales

Kkk 3

tuales